



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caoult, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Puella à graui morbo liberata , simul atque eam mater B. virgin Tungrensi  
deuouit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

edoceri, nec à quo sacrum fieri posset. Vale  
nec litterarum monumentis fuerunt con-  
gnata, quæ tamè proximè expressimus, passim  
in registis repetita conspicias.

**VELLA A GRAVI MORBO LIBE-**  
*rata, simul atque eam mater B. Virginis  
Tungrensi deuouit.*

CAP. XXVII.

**A**Nno supra millesimum quadringentesimo nonagesimo primo, ferijs beati Iohannis Baptistæ, mulieri cuidam ex Hulfegonibus in Osticensi parœcia, cõiugi Petri Aquæ, fuerunt filiæ, quas Tungros adduxit: quibus maior vehementi morbo ab initio hiemalis ingressæ laborans, frustra medicorum operam subsidiumque expectarat. Vouet illam mater sancto Christophoro, deinde Constantino, post Gislano: pluries etiam sacrum per monachos Atheneses faciendum curat, nullam secuta leuatione. Tandem venit illi in mente beatæ Virginis Tungrensis, cui virginem deuouit peregrinam, illicò sanitatem recuperauit. Innotuit hoc miraculum populo.

apud Tungros in Hamonia.

**VER CAECVS RECUPERAT VI-**  
sum statim atque ad B. virginem destinatus  
est, eoq̄ue piè deductus.

CAPVT XXVIII.

**A**NNO 1591. filius Iacobi du Bois fabri  
murarij, incolæ de Hussegnies iuxta  
Hardem pontem, cœcus, vt destinatus est ad  
beatam Virginem peregrinus eoq̄ue dedu-  
ctus, visum recuperavit.

**INFANS MORTVVS IN HANC**  
lucem editus, susa ad B. Virginem prece, re-  
suscitatur.

CAPVT XXIX.

**A**NNO 1593. vxor Petri Bouchier in  
maximo vitæ tum suæ, tum liberorū  
periculo duas proles enixa est. Sub mediam  
noctem omnes domestici sese in preces de-  
derunt, ædem sacram circumierunt, ac domū  
reuerſi mulierem liberatam inueniunt: infan-  
tem quem mortuum ediderat, vident di-  
uinitus suscitatum, qui cum alte-  
ro baptizatus fuit.

PVEL